Quelle:
Copyright:

3.

Antonii Constantii de Fano Elegia ad Matthiam Reg: Hungaria.

Antonii Constantii de Fano Elegia ad Matthiam Regem Hungaria. Inscriptio est: "Serenissimo Hungarorum Regi Domino Mathie Anthonius Constancius se comendat". Incipit:

"Pannonie armipotens Rex et clarissime gentis
Et decus ac blanci gloria suma patris."

Joann: Pannonii responsum metricum.

Hanc accipit responsum ita inscriptum: "Johannis Pannonij Episcopi quinque Ecclesiarum ex persona Serenissimi Domini Mathie Regis Hungarorum ad Anthonium Constantium poetam Italicum Responsio". Incipit:

"Non levis aonidum Constanti cura sororum
Qui nos; qui nostrum tollis ad astra patrem."

Antonius Constantius de Fano, sive Farensis scripsit in Fastos Ovidii, et epistolam de camelopardali aô 1487. Fabr: Bibl: m: et i: lat: T. I. p: 124.

4.

Joann: Archiep: Soltanensis Ord: Prædic: liberde notitia mundi.

Inscriptio hujus operis sonat: "Incipit libellus brevis de noticia orbis et superficialiter de gentibus habitantibus in eo desecis /sectis/ cerimoniis atque novitatibus ipsarum Ki: specialiter que extra ecclesiam catholicam sunt". Incipit: "Quoniam ut in latitudine scripture sacre colligere valui." Complectitur populos Asia et Africa, et maxime sectam Mahumeti. Opus hoc finitur sequentibus: "Hic igitur sit finis hujus opusculi mei Johannis Archiepiscopi Soltanensis(a) seu totius orientis fratrum predicatorum compositum anno domini Millesimo CCCC 4o ad

(a) 4: Soltanensis.